

198r

utuly requiratur sacrificium. Similiter & synagoga culpas: hoc est omnium quae in tra-
nos sunt uirtutum. emendatio non aliter quam ex pi mortificatione reparatur. Si
uero princeps inquit peccauerit hyrcum offerat & excipris. princeps iste potest
uideri uirtutum quae in tra nos est si peccet & in nobis & stultum aliquid agamus.
per amiscenda nobis est illa semina saluatoris: quae dicit uos estis sal terrae. si autem
sal infatuatus fuerit ad nihilum ualens nisi ut ei cecur & conculcetur ab hominibus.
habet ergo & iste hostiam suam sed & anima inquit una si peccauerit capram femi-
nam similiter offerat. Secundum illam substitutionem hostiarum quas superius
memorauimus. Sed forsasse dicant auditores ecclesiae, melius fore agebatur cum
una quis quam nobiscum. ubi oblati diuersi fortis sacrificii peccantibus uenia
praefabatur. Apud nos unatantum modo est uenia peccatorum quae per lauari
gratiam inuitis datur. Nulla post haec peccanti misericordia: nec uenia ulla con-
ceditur; deesse quidem districtior in esse disciplinam christianum pro quo christi mor-
tuis est. prohibet hyrci boues iugulabuntur & aues & similia conspergebatur.
procedi filius iugulatus est; & iterum te peccare dilectat. Et tamen ne tibi haec non
tam erigant animos pro uirtute quam pro desperatione decumt. Audisti quan-
ta sint in lege sacrificia pro peccatis. Audiuere quanta sint remissiones peccatorum
in euangelis. est ista prima quae baptizamus in remissione peccatorum. Se-
cunda remissio est in passione martyri. tertia est quae per elemosinam datur
dicit enim saluator uerum tamen date que habetis & ecce omnia munda sunt
uobis. Quarta nobis fit remissio peccatorum per hoc quod & nos remittimus
peccata fratribus nostris; Sic enim dicit ipse christi & saluator, quia si remiseritis
fratribus uestris ex corde peccata ipsorum & uobis remittit pater uester pecca-
ta uestra. quod si non remiseritis fratribus uestris ex corde. nec uobis remittit pater
uester. Et sicut in oratione nos docuit remittere nobis debita uestra sicut &
nos remittimus debitoribus uestris; Quinta peccatorum remissio est cum conuer-
tere quis peccator ab errore uiae suae. tamen dicit scriptura diuina quia
qui conuersa fecerit peccatorum ab errore uiae suae. saluabit^{ur} animam a morte
& cooperit multitudinem peccatorum. Sexta quoque fit remissio per haberi
dantiam caritatis sicut & ipse christi dicit. Amen dico tibi quo remittentur ei